eiusdem inscriptionibus sed ac parata intromissione possessione tuitione cum radio et ligamentibus in originali praescriptione contentis et utilitatibus omnibus ibidem existentibus acceptis Quinquaginta florenis polonicalibus demittit Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa competentem in ipsum et eius successores plenarie transfert et transfundit Ac pro eodem ibi iam ex nunc possessione Relictae Nobilis quoad quorumlibet possessionem accedere dat et concedit.

113 **Woyny** **Quietatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Braniscensis personaliter comparens Nobilis Petrus et Joannes Woyno de Woyny Pogorzel haeredes sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nobilem Andream olim Andreae Woyno de causa et actione ipsi et aliis comparticipibus ratione stipendiorum et impensarum pro expeditione contra Turcas parta de bonis Woyny servientium non solutionis sed et de plena Satisfactione eo nomine obtenta Satisfactione quietat cavit et liberum facit processusque prout in se esse erint earum cassat.

Pietkowo Bosomole Stoczek **Intromissio**

Ministerialis Regni Generalis Joannes Sierszyk Kondratowicz una cum Nobilibus Stanislao Palkowski et Benedicto Zukowski Coram officio praesenti Castrensi Capitaneatus Braniscensis personaliter stans publice Recognovit Quia feria sexta post Dominicam Exaudi proxime praeterita condescendendo ad bona Pietkowo Bosomole Stoczek ibique existentes [illegible] Conspectum bonorum ipsorum Corporale [illegible] Martini Dulski in bona eadem [illegible] et summa [illegible] ipsarum villarum corporalia ipsi per Generosum Joannem [illegible] Borowski patrem eius germanum modo obligatorio Contractus [illegible] in summa [illegible] millium florenorum polonicalium praescripta eiusdemque bonorum Curiis Praediis areis agris pratis campis silvis rubetis borris cum ipsarum pertinentiis Arendis cum emolumentis villis [illegible] cum fructibus Censibus obedientia et generaliter cunctis utilitatibus et alteri iuri [illegible] cuidam Joanni praefato [illegible] liberam admissionem eiusdem Borowski nemine [illegible] acta in praesenti intromisit immisitque et in pacificam possessionem Condixit ac subditis obedientiam praestandam indixit de quo eam suam Relationem praesentem fecit

Garbowo **Obligatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Braniscensis personaliter comparens Laurentius olim Alberti Garbowski sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia Nobili Paulo Garbowski Fratri suo germano et eius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Garbowo antiqua sitorum in primis loco quindecim sulcos hiemales a via olszynowa ad granicies [illegible] et ipsam viam tendentem inter metas Nobilis Joannis [illegible] et eiusdem Pauli iacentes Cum omnibus et singulis eorum bonorum utilitatibus fructibus proventibus reditibusque attinentiis et pertinentiis cunctis commodis nullis penitus exceptis in summa viginti unius florenorum post hac usque ad exemptionem obligavit et inscribendo Cui idem nunc praefatorum [illegible] cum actuali ac pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos quorum possessione [illegible]